

mino quo super hoc. fuerint requisitj In huius rej maiorem evidenciam sigillum nostrum, vna cum sigillis venerabilis patris dominj abbatis de alvastro, ac dominj benedictj quondam petrj filij presentibus est appensum.

Alla 3 sigillen bortfallna; blotta linnetrådarne qvar efter det sista.

1105

1294 d. 6 Maj.

Westerås.

NILS, Priorens för Predikarebröderna i Westerås qvitto på 3 mark penningar, hvilka han enligt Fru Christina, Herr Birger Peterssons Frus testamente uppburit.

A. 6. a. 2. 13.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater NICOLAUS prior & conuentus fratrum predicatorum in vestraaros, salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes quod ex parte honorabilium virorum Magistri andree prepositi vpsalensis Domini Johannis Elifson, dominj birgeri pætersson & fratris israelis lectoris siktuniensis exequtorum testamenti felicitis recordacionis domine cristine vxoris dominj birgeri predicti, recepimus integre tres marcas den. bone & legalis vsualis monete jn testamento predictæ domine nobis legatas, promittentes nos exequtores predicti testamenti & heredes predictæ defuncte pro recepçione tantæ a quorumcumque inpeticio- ne facere & reddere quittos & liberos in futurum, In Cuius rei testimonium siggilla nostra presentibus sunt appensa, Datum vestra aros anno dominj. Millesimo. CC° Nonagesimo, Quarto. sabbato proximo post festum beati Johannis ante portam latinam.

Sigillet andeligt, skadadt.

1106.

1294 d. 6 Maj.

Upsala.

Guardianens i Upsala å Minoriterklostrens vägnar gifna qvitto å hvad de enligt Fru Christina, Herr Birger Peterssons Frus testamente uppburit.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Frater .. Gardianus & conuentus fratrum minorum vpsalie, salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes quod ex parte honorabilium virorum Magistri andree prepositi vpsalensis, dominj Johannis Elifson, domini birgeri pætersson & fratris Jsraelis lectoris siktuniensis exequtorum testamenti felicitis recordacionis domine Cristine vxoris domini birgeri predicti recepimus triginta septem marcas bone & legalis vsualis monete nostro conuentui & aliis fratrum nostrorum conuentibus per regnum suecie constitutis in testamento predictæ

domine legatas, jta quod pro conuentu nostro vpsalensi tradite sunt nobis & habuimus jntegre tres marcas den. Jtem pro conuentu fratrum nostrorum stocholmensium quinque marcas den. Jtem pro conuentu sororum ibidem quinque marcas den. Jtem pro conuentu Enicopensi. tres marcas den. Jtem pro conuentu arbugha tres marcas den. Jtem pro conuentu nycopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu suthercopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu lincopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu Junacopensi tres marcas den. Jtem pro conuentu skarensi tres marcas den. Jtem pro conuentu Visbycensi tres marcas den. obligantes nos & conuentum nostrum ad omnia dampna pericula & interesse que ratione dicte pecunie non solute possunt vel poterunt euenire, promittentes eciam nos exequutores predicti testamenti & heredes ipsius defuncte, pro tanti recepcione a quorumcumque inpeticione facere & reddere quitos & liberos in futurum. Jn Cuius rei testimonium siggilla nostra presentibus sunt appensa, Datum vpsalie, anno dominj Millesimo CC°. Nonagesimo. Quarto, Jn sabbato post festum beati Johannis ante portam latinam.

Af sigillen 1, 2 andeliga, blott stycken qvar.

1107.

1294 d. 27 Maj.

Stockholm.

Finska Predikarebrodern ABRAHAMS qvitto på uppbyren andel af Fru Christinas testamente.

A. G. a. 2. 14.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater ABRAHAM ordinis predicatorum de conuentu finlandensi, Salutem in omnium saluatore, Notum facio per presentes quod ex parte honorabilium virorum Magistri Andree prepositi vpsalensis, Domini Johannis elefson Dominj byrgerj pætærson, & fratris israelis lectoris Sictuniensis exequutorum testamentj felicis recordacionis domine Cristine vxoris domini byrgeri predicti recepi pro conuentu finlandensi integre tres marchas den. bone & legalis vsualis monete in testamento predictae domine legatas promittens me ex parte conuentus exequutores predicti testamentj & heredes predictae defuncte pro recepcione tantj a quorumcumque inpeticione facere & reddere quitatos & liberos in futurum, Jn Cuius rei testimonium siggillum prioris wisbyensis fratris Laurencii. & siggillum nostrum presentibus sunt appensa, Datum stochulmis Anno domini, M°, CC°, nonagesimo quarto, Jn die ascensionis domini.

Sigillet N:o 1, andeligt skadadt, N:o 2 bortfallet.

1108.